



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

XIV. Quòd nulli ultima pœnitentia sit deneganda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

*Quòd pœnitentibus in cœna Domini sit remitendum.*

C A P. X I I I.

Pœnit. Rhab. Item ex decretis Innocentij Papæ cap. vii.  
c. 35. " scriptum est : De pœnitentibus autem , qui si-  
" ve ex gravioribus commissis , sive ex leviori-  
" bus pœnitentiam gerunt , si nulla intervenit  
" ægritudo , quinta feria ante Pascha eis remit-  
" tendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo de-  
" monstrat. Ceterùm de pondere æstimando de-  
" lictorum , sacerdotis est judicare , ut attendat  
" ad confessionem pœnitentis , & ad fletus atque  
" lacrymas corrigentis , ac tunc jubere dimitti  
" cùm viderit satis congruam satisfactionem. Si  
" quis autem in ægritudinem incidit , atque us-  
" que ad desperationem venerit , ei est ante tem-  
" pus Paschæ relaxandum , ne de seculo absque  
" communione discedat.

*Quòd nulli ultima pœnitentia sit deneganda.*

C A P. X I V.

Pœnit. Rhab. In decretis Celestini Papæ cap. xv. scrip-  
c. 38. tum est quòd nulli ultima pœnitentia sit dene-  
" ganda. Agnovimus enim pœnitentiam mo-  
" rientibus denegari , nec illorum desideriis an-  
" nui qui obitus sui tempore animæ suæ cupiunt  
" subveniri. Horremus , fateor , tantæ impieta-  
" tis aliquem reperiri ut de Dei pietate desperet ,  
" quasi non possit ad se quovis tempore conver-  
" tenti succurrere , ac periclitantem sub onere  
" peccatorum hominem pondere , quo se ille ex-  
pedire

pedire desiderat , liberare. Quid hoc , rogo ,  
 aliud est quām morienti mortem addere , at-  
 que animam sua crudelitate , ne absoluta esse  
 possit , occidere , cūm Deus , ad subveniendum  
 paratissimus , invitans ad pœnitentiam , sic  
 promittat : *Peccator in quaunque die conversus* Ezech. 18.  
*fuerit , peccata ejus non reputabuntur ei.* Et  
 iterum : *Nolo mortem peccatoris , sed tantum ut*  
*convertatur , & vivat.* Salutem ergo homini  
 admittit quisquis mortis tempore pœnitentiam  
 denegaverit. Et desperavit de clementia Dei  
 qui eum ad subveniendum morienti sufficere  
 vel momento posse non credidit. Perdidisset  
 latro in cruce præmium ad Christi dexteram  
 pendens si illum unius horæ pœnitentia non  
 juvisset. Cūm esset in pœna , pœnituit , & per  
 unius sermonis professionem habitaculum pa-  
 radisi , Deo promittente , promeruit. Vera er-  
 go ad Deum conversio in ultimis positorum Regino lib.  
I. c. 110.  
 mente potius aestimanda est quām tempore ,  
 Propheta taliter hoc afferente : *Cum conversus*  
*ingemueris , salvus eris.* Cūm ergo Dominus  
 sit cordis inspector , quovis tempore non est  
 deneganda pœnitentia postulanti , cūm se ob-  
 liget judici , cui occulta omnia noverit reve-  
 lari.

“

*Ut qui pro illicitis veniam petit , etiam à multis  
 illicitis se abstineat ; nec tempore pœnitudinis  
 lucra negotiationis exerceat.*

## C A P. X V.

In decretis Leonis Papæ cap. xxi i. scrip- Pœnit. Rhab.  
c. 39.  
tum est quod oporteat eum qui pro illicitis ve-

I i